



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 47. Pax Vratislaviensis inter Hungariæ Reginam & Borussiæ Regem
inita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

Sæc. XVIII. „pis impressas fervide ac iterato
A. C. 1742. „dant. Ad horum tenorem omnes
 „bis subditi, præsertim animarum Pa-
 „stores & Catholicæ Religionis Con-
 „natores sese componere student
 „transgressores vero, cum aliunde
 „los contra Regiam indignationem
 „vindictam tuendo impares simus,
 „merito culpæ gravibus pænis coerces-
 „potestatem nobis competentem res-
 „vamus.“

*Philippus Ludovicus Cardinalis
 Sinzendorff,*

Episcopus Vratislaviensis

*Adam Antonius Oexle de Felsdorff
 Vic. General.*

§. XLVII.

*Pax Vratislaviensis inter Hungaricam
 Reginam & Borussicæ Regem.*

Initia hujus anni Austriacis armis
 pido adversa fluxerant; Maria
 Theresia Hungariæ Regina ab omnibus
 pene deserta, septem potentissimorum
 Principum armis undique impetita,
 iteratas suorum clades Austriam, Bo-
 miam, Silesiam, & Moraviam jam fere
 totam amiserat. Accessit ad calamita-
 tis cumulum Zeslaviensis pugna, in
 qua die decima septima Maji Austriacæ

rum multa millia cecidere, quamvis pariter hæc ipsa victoria Boruffis caro pretio steterit, nec inde aliud ferme emolumentum haberent, quam quod Silesia & Glazensis Comitatus Victoribus affereretur, & Saxonibus fædere abstractis utraque belligerantium pars proniores ad ineundam pacem aures præberent: Rex enim Boruffiæ die undecima Junii Conciliatore Britannorum Rege cum Hungariæ Regina Vratislaviæ pacem composuit, sexdecim articulis comprehensam, ex quibus tamen nonnisi articulus sextus ad rem nostram facit; in eo enim Rex pollicitus est, quod Religionem Catholicam in Silesia *in statu quo* relinquere, & omnes ac singulos dicti Ducatus incolas in quietâ suorum bonorum possessione, & plene rite acquisitorum jurium, privilegiorum atque immunitatum usu relinquere velit, prout idem in prima sua in Silesiam irruptione declarasset: reservavit sibi tamen Rex plenam hujatibus Protestantibus illimitatæ conscientiæ libertatis concedendæ facultatem, & alia supremo Domino competentia jura: nullatenus tamen Rex intendit, hoc jure uti ad immutandum statum, in quo hætenus Religio Catholica fuisset. Huic paci Angliæ Regis, seu potius Hannoverani Electoris nomine Hind-

Sæc. XVIII.

A. C. 1742.

M m 4

for-

Sæc. XVIII. A. C. 1742. fordius, & pro Rege Boruffo suble-
 pfit Comes de Podewils. Postquam
 vero Rex quietam utriusque Silesiæ pos-
 sessionem ac dominium præfatæ parti-
 articulis utrinque firmatis adeptus fu-
 rat, regiminis ordinem & Ecclesiasticum
 ut vocant, tribunalia haud parum
 mutavit; quippe pro causis civilibus
 duas Curias, & pro Protestantibus
 erexit Consistoria; alterum Vratisla-
 viæ, alterum Glogaviæ; ne vero inter
 Catholicas & Protestantium Curias
 ca jurisdictionis exercitium collidere-
 set, Rex in suo novæ erectionis diploma-
 mate mentem suam his verbis expressit:
*Speramus etiam, fore, ut Vicarius Ge-
 neralis (nempe Cardinalis Sinzen-
 dius) sese intra suos limites contineret,
 nullas controversias super Jure patro-
 nis, decimis, & testamentis, nec super
 socomiis ad se devoluturus sit. Quo-
 vis vero Rex hanc Vicarii potestatem
 præter summum Pontificem, ita im-
 taret, Eundem tamen suo patronatu
 & benevolentia adeo honorabat,
 Eum sequentis tituli prærogativa
 minari præciperet: Domino Domino
 lippo Ludovico Romano Ecclesiæ Car-
 nali Presbytero, Vratislaviensi Episcopo
 Nissæ & Grotokaviæ Principi,
 Cognato nostro, Amico, Principi devoto
 ac fideli. Cum autem vi hujus pæ-*

Borussi & Saxones copias suas a Gallo-^{Sæc. XVIII.}
 Bavaris separassent, easque e Bohemia ^{A. C. 1742.}
 eduxissent, hi cum ingenti suorum cla-
 de ex Austria, Bohemia, Moravia &
 Bavaria ejecti fuere.

§. XLVIII.

*Borussicæ Rex solemnitati ob hanc pa-
 cem habitæ præsens.*

Postquam Fridericus Borufforum Rex
 Vratislaviam Victor ingressus fue-
 rat. Cardinalis Sinzendorffius Vratis-
 laviensis Episcopus, ut publicæ Deo
 ac Domino exercituum grates repende-
 ret, in Ecclesia Cathedrali ad Sabulum
 dicta solemne Officium ad diem tertiam
 Julii indixit, ipsumque Regem, ut hanc
 festivitatem sua præsentia condecoraret,
 perdemisse rogavit. Annuit Genero-
 sissimus Rex, ac ipsemet unacum duo-
 bus suis Fratribus Germanis Guilielmo
 & Henrico, necnon Principe Ferdinan-
 do ac numeroso Belliducum & Procerum
 comitatu præfatam Ecclesiam accessit,
 quem ante Templi fores Cardinalis Sin-
 zendorffius Præsul, & Præpositus Co-
 mes de Schafgotsch omnesque Canoni-
 ci ac universus Clerus summa venera-
 tione excepit, & usque ad Augustale
 solium comitatus est. Mox idem Car-
 dinalis ipse concionem elegantissimam

M m 5 ha